

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus nonus de legibus, vel, de legumlatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

Annona
ra
tio.

vehantur. similiter qua ad haec idonea sunt, planta, aenea instrumenta, funes, aëria, qua ad bellum conferunt: Quorum magistri equitum & doctores exercitus curam habeant, ut ciuitas inuehendi euehendiq; simul cū opus sit facultate non priuetur: de quibus legum custodes sufficientes decentesq; leges ferent. Nulla verò in re pecunie colligenda gratia, vel in ciuitate vel in vniuersa regione cauponatio fiat. Annona autē qua ex agris percipitur distributio, rectè iuxta Cretenſium legem constituitur. Nā qua à regione producuntur, in duodecim partes ab oibus distribuenda sunt, & similiter consumenda. Duodecima verò pars quæ, ut tritici, hordei, cæterarumq; frugum & fructuum, venalium quoq; oium animalium tripartito & competenti rōne distribuatur, & pars vna liberis, altera seruis, tertia opificibus ac oino aduenis tribuatur: siue aliunde venerint aliquandiu vrbe habitaturi, & necessarijs egeant, siue propter publicam vel priuatam ciuis alicuius vtilitatem accesserint. Hac igitur tertia oium necessariorum pars, venalis semper ac necessario tantūmodo sit. De duabus verò partibus nihil necessario vendatur. Quò igitur hac rectè distribuatur? Patet autē in primis rectè id fieri posse, si partem equaliter, partim inaequaliter distributio fiat. **CLIN.** Quo pacto? **ATH.** Meliora vtiq; vel deteriora istorum singula, necesse est terram producere atq; augere. **CL.** Quidni? **ATH.** Cum tres partes sint, quod hoc attinet, nemo plus habeat, nec dominus, nec seruis, nec aduena, sed equalis eademq; similiter sit ois distributio. Quilibet autē ciuis, cū duas partes acceperit, seruis & liberis quot & qualia velit, suo arbitratu distribuatur. Quod verò plus istis est, mensura & numero sic dispartendum est, ut cum oium aëlium, quibus à terra victus prabetur, numerus habeatur, ita demū fiat partitio. Habitationes postea seorsum ordinadae sunt. Ordo autē talis maxime decet: duodecim viros per media in singulis duodecim partibus vnū esse oportet: & in vnoquoq; venalium rerū loca, deorumq; tepla & deos sequentium demonū esse constructa, siue indigetum Magnesium, siue aliorū, quorū statua antiquissima memoria consecratae sint. Atq; his priscorū virorū honores reddedi sunt. Vestia quoq; Iouis, Mineruae, singulorumq; aliorū singulis duodecim partibus, presidentium tepla construenda sunt. Et primum quidē iuxta tepla in altissimis locis aedes custodū sint vndiq; munitissima. Reliqua deinde regio opificibus in tredecim partes distribuatur. Et pars vna in vrbe habitet, per duodecim vrbis partes diuisa, alia exteriorem vndiq; teneat locum, atq; in singulis vicis opifices ad agriculturam cōmoditatem idonei habitare compellantur. Horū oium curam magistratus qui agris praesunt, habeant, prauideantq; quot quibusue singuli opificibus egent, & vbi habitantes impedimento agricolis non sint, sed magnam ipsius vtilitatem conferant. Urbanorum quoq; similiter opificum curā adiles habeant. Res autē venales cura censoribus sint, qui primo re sacram curent: deinde nequis vendendo emendōue iniuriam faciat, vehementer prouideat: & immoderatos, contumeliososq; oēs compeſcant. Hi cōsiderent nunquid ciues peregrinis res singulas conueniēter atq; ut lege cautū est, vendant. Primo verò mensis cuiusq;, ciues eorumq; ministri duodecimam tritici partem emendam peregrinis proponant, ementq; peregrini pro

mensis totius tempore triticum & similia qua primo foro venduntur: decimo verò die venditio, emptioq; mensis sufficiens statuatur, vigesimotertio aëlium venditio, quibus hoies egent, supellectiliumq;, ut corij vestiumq; ac similia fiat. Necesse autē est peregrinos oia à possidentibus emere, ne cauponatio in tritico & hordeo circa farinam ac cætera alimenta, vlla fiat. Nec ciuibus nec seruis eorum cauponari omnino liceat. In peregrinorum tamen foro peregrino liceat opificibus, eorumq; seruis vinū cibumq; cōmutare ac vendere, carnesq; coctas similiter: qua res à plurimis cauponatio nominatur. Materiam verò ignis vniuersam quotidie peregrinus ab ijs qui à agris id curant, emere possit, cæterisq; peregrinis prout velit & quando velit reuendere. Cæterarum oium rerum & supellectilium quibus vimur, in cōi foro venditio fiat, in locis determinatis: vbi legum custodes, censoresq; vna cum adilibus locū designarint, & precia venalibus imposerint. Hic nūm cōmutentur rebus, ac res nūmis. Cōmutet autē vnusquisq; per seipsum nemini cōmittens. Quod si cōmiserit, siue receperit, siue non, quiescat oportet. Nullum n. cōmutationum talium iudicium est. Si quid verò venditū emptumq; pluris minorisue est, quam lex iusserit, qua rerū venalium mensura & precia constituta sunt, apud legum custodes plus illud cōscribitur, & contrarium deleatur. Eadem ipsa de conscriptione bonorum, q; ab incolis peregrinisq; possidentur, fiant: liceatq; cuius certa conditione ad vrbe migrare, & hoc ita ut artem aliquam exerceat, nec plures quam annos viginti à die conscriptionis permaneat: quo in tempore incolendi vectigal soluere nullum cogatur nisi frugalitatis exemplum, nec emptionis venditionisq; gratia arario quicquam debeat. Cum autē viginti anni exacti fuerint, accipiat rem suā, & abeat. Quod si magnum aliquod beneficium intra viginti annos ciuitati contulerit, velitq; plus temporis, aut et per vitam in ciuitate manere, fiat ipsi quod petierit, ratumq; habeatur, si modo concilio concioniq; persuaserit. Incolarum autem filijs si ipsi quoq; opifices sint, post quintumdecimum ætatis annum ita colonia tempus incipiat, ut viginti postea maneat annos, deinde quò velint proficiantur, & si manere voluerint, maneat, postquam similiter persuaserint. Qui autem recedit oblita descriptione, qua sibi apud magistratus erat conscripta, sic abeat.

DIALOGVS NONVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVM LATIONE.

MARSILII FICINI ARGVMENT.



NONVS dialogus post cōmunem morum disciplinam & legum multarum traditionem, aggreditur iam iudicia. Et valde quidem oportune. Nam & qui moribus eruditi legibusq; instructi sunt, indicare iam possunt: et qui eruditioni instructioniq; praecedenti non paruerunt, iam sunt indicandi. Prudenter oino noster hic aiorum medicus seruare haëtenu salutaribus studuit monitis integrā animi sanitate: iam verò perditam cūctū machinis reparare molitur. Verū q; charitas Platonica est, misericors, dolens, compulſus ad secandum quasi trahitur & vrendum: & id quidem tam

tam benigna cautione, vt grauitur egrotantes verbis blandissimis consoletur: contendatq; verbis quasi magicis carminibus sanos effice re antequam medicam adhibeat manum, quam etiam deinde sic ad- mouet, vt languens & vix perferat, & plus admodum spei concipiat, quam doloris, & ex dolore non perniciem reportet, sed salutem. Insignis clementia vir neminem absque consolatione punit: ne minime punitum perdit: oēs pro viribus seruat: & quos nece punit, proficitur a morbis animi liberare, ac minimo mortis malo, interim ingenti & in dies crescenti obistere animi malo. Præstare vero asserit hinc abire, quam in morbo vel animi, vel corporis incurabili uiuere. Atqui neque hac vita priuat, nisi quem cognouerit insanabilem: neque supplicium vllum à lege, quæ bona est, illatum tendere vult ad malum. Quinimò penam ipsam multis de causis esse bonam: tum quia iusta est, iustitia vero bona: tum quia vel præsens purgat, vel futurum præcipit malum: tum quia in puniendo vno, interim exemplo prodest & multis, ciuitatemq; purgat malis. Et vt summa tim dicam, iustitiam vbiq; mirum in modum cum clementia miscet, neque rigiditate torquet durius, neque molliora quicquam relinquit inultum. Quemadmodum vero in superioribus prius diuina præcepit officia, quam humana: sic in presentia prius in sacrilegia, quam in cetera delicta prudenter animatur. Ac dum quæ in graue sit lege maiestatis diuinæ crimen, ostendit, afflante deo significat nihil tale ab hominibus quondam quædam diuina quædam in eis gratia viguit, fuisse aliquando perpetratum. Sed postquam propter alia delicta gratia illa est amissa, homines iam quasi alienos à Deo in Deū ipsum peccare per sacrilegia inceperunt, vt sacrilegium ipsum non modo peccatum sit, sed etiam pena peccati: pena inquam non purgans aliquem, sed interimens. Non enim lege, sed transgressione legis pena talis infertur. Quod autem dicit, prescos legumlatores fuisse dei filios, legesq; heroibus, qui etiam ex dijs erant geniti, tradidisse: exponendum est per ea quæ in Critia & Politico & sæpe alibi pertractantur, deorū filios hic intelligi deos sub Luna, alios alius ter- re & plagis gubernandis accommodatos. Quos possumus more etiā Platonicis angelos nominare. Per quos sub Mercurij nomine in Protogora leges genus hominum accepisse docet. Per quos in Critia quoque dicit homines primos ex terra natos accepisse iura: hominesq; illos hic nominat heroes ex dijs ortos. deorū opera ex terra progenitas. Sed leges illas, inquit in Critia, non scriptas ad aures, sed inspiratiōe quadam à mentibus diuinis in mentes humanas fuisse transfusas: hominesq; sub illis quædam paruerunt, vixisse beatos. Addit ob huiusmodi legum transgressionem homines diuinam gratiam amississe: qua quidem amissa felicitatem quoque amiserunt: & infelices in sacrilegia iam proruperunt: & per sacrilegia pessimi tandem infelicitissimiq; euaserunt: in his & terrestris illius paradisi, & electio- nis ex eo, mysterium licet agnoscere. Considera vero vbi perquirat sacrilegij causas, tres assignari causas grauium delictorum. Pri- mam quidem cōmunem hominum fragilitatem consuetudine confir- matam. Secundam vero dæmoniacam persuasionem siue suggestio- nem. Tertiam deniq; culpam perniciosam ex antiquis inextirpatisq; peccatis iustam, ad grauisima scelera stimulantem. Quæ qui dem originali culpa, de qua multi multa theologi disputant, vide- tur esse similima. Quamobrem vbi Plato diuinus sacrilegium allo- quens inquit, Non humanum ad sacrilegium te impulit malum, ne- que diuinum: intellige humanum malum, humanam fragilitatem ad inferiora procliuem: Diuinū vero malum, diabolicam, vt in- quunt, fraudem. Negat vero duo hæc, non quia non sint in causa sacrilegij, sed quia non sola sunt cause. Accedit enim his tertia pro- priaq; sacrilegij causa, quam subiungit dicens. Sed stimulus quidam exitialis à prescis inextirpatisq; peccatis ingentis. Per quem videlicet animus non humanus amplius, sed ferinus, nimirum sacrilegio pec- cat in Deum, nullam vltius dei rationem habens, quando rationem humanam iam amisit diuinæ rationis imaginem. Mox vero primæ ad sacrilegium instigationi Plato quasi nascenti morbo tribus occur- rit remedijs: quemadmodum morbus hic tribus ex causis oritur. Pri- mo quidem, vt immanis impetus comprimatur ad sacras mittit ex- piationes, quas Christianorum more penitentia, confessio, elec- mosynæ, ieiunij nomine possumus nuncupare. Deinde vt diabolicis resstat insidijs, ad orationes supplicationesq; mittit, per quas à su- peris liberatoribusq; spiritibus contra inferos præstitum impetretur. Postremò quo imbecillitatem humanam continere possit, mandat vt malorum hominum familiaritatem deuotans, bonorum asciscat con- iuetudinem. Proinde, quoniam post Deum more Pythagorico coli patriam iusserat, merito post sacrilegia quæ in personas aut res Deo consecratas perpetrantur, pergit ad puniendos scelera & delicta, quæ proprie contra patriam committuntur, quæ non solum sacri- legijs proxima iudicat, sed annumerat, plectiq; similiter. Hæc vero tria esse iudicat. Peccate enim in patriam, hostemq; patriam

habendum esse, & qui posthabitis legibus principatum ad humanam voluntatem libidineque reduct: & qui cum possit, periclitari pa- triæ non succurrit, & qui vel avaritia vel alia de causa pro filio eua- dit patriæ proditor. Inter hæc officium legisferi repetit. Id autem esse vult, vt non tanquam dominus seruis, sed tanquam pater filijs con- scribat leges: non minus persuadens quam minitans, nec minus do- cens quam imperans, nec minus alliciens quam perterrens: vt legis- latoris opus non tam mandatorij præscriptio sit, quam disciplina morij. finis enim eius est, quacunque id rōne fiat, ciues bonos bea- tōsque efficere: punire vero malos, necessitas est in eo potius, quam voluntas. Et quia sola inter humanas Platonicæ leges hæc omnia cō- plectuntur, humanarū omnium perfectissimæ sunt: ac penè inter di- uinas potius, quam humanas annumerandæ. Neque ab re primum disputationis huius exordium à Deo factum est: deinde additum à Pla- tone, videri sibi hæc oia diuinitus inspirata. Demum ex hac ipsa di- sputatione ad beatū summi Iouis templum. i. cæli recto tramite per- uenitur. At quoniam nō solum in sacrilegijis parricidijq; verum etiam in ceteris sceleribus pro alijs culpam gradibus, alij quoq; penarum gradibus, & à legumlatore describendi, & à iudice sunt censendi, cōmodissimam ad gradus eiusmodi discernendos distinctio- nem adducit in medium. Habitus quidem omnis aut virtutis est, aut vitij. Si virtutis, omnino voluntarius est: quoniam consilio libero & expedita electioe & proprijs animi actionibus est acquisitus. Si vero vitij habitus est, inuoluntarius oino censetur. Quia ita mor- bus est animi, sicut humorum intemperantia morbus est corporis. Nemo vero morbum dixerit voluntarium: quamuis nonnulla, quæ præter opinionem inferunt morbum, possit quodammodo voluntaria dicere. Præterea eiusmodi habitus ex impedito cōsilio, distractaque electione, & passionibus potius, quam actionibus inolefcit. Ex his consuevit Platonicū illud sæpissime decantatum. Vitiorum habitus inuoluntarios esse, neminemque fieri sponte malum, quemadmodum & nemo sit sponte egrotus & deformat & inops. Post hanc habitū distinctionem sequitur distinctio actionum. Quæ quidem aut ad vir- tutis, aut ad vitij habitum vrgendum proprie vergunt. Si ad vir- tutis, ita voluntariae sunt, vt dictus est habitus voluntarius. Si vero ad vitij, partim quidem voluntariae dicuntur, propterea quod & animo quodammodo consentiente fiunt, & poterant nō fieri ante- quæ fierent: partim vero inuoluntariae, tum quia ad detrimentum, deformitatem, morbum clam deducunt: hæc autem vellet nemo: tum quia ex quadam finis exitusque ignoratiōe consurgunt. Quatenus vero per ignorantiam fiunt, eatenus præter ipsam rōnis voluntatē fieri iudicantur. Distingue rursus hoc pacto. Actiones humane quæ- titi ad legem iudiciorūque materiam attinet, in quinque capita re- diguntur. Aut n. ex affectibus concupiscentiæ pullulant, aut ex im- petu irascibilis nature prorūpunt: vel simplici quadam reniū igno- rantia, per quam quis res ipsas ignorat, quamuis se ignorare non nesciat: vel ignorantia duplici fiunt, per quam quis & res ipsas ne- scit, & ignorantiam suam simul ignorat, videlicet scire se putans: vel tandem ex rationali quadam opinione proueniunt: opinione in- quam de iustis atque iniustis rōni legibusque credendi. Post distin- ctionem eiusmodi distinguit & iudicij regulas, per quas aliter aut maduertatur in eos qui concupiscentia, aliter in eos qui ira peccat: atq; in his discernatur, vtrum consulto, an inconsulto deliquerint. Præterea vtrū vi palamque, an potius clam atq; fraude. Deinde nunquid per ignorantiam sit erratum, siue per simplicem, siue per duplicem ignorantiam. Vbi vero de homicidiorum iudicij agens presens adducit mysterium de interfectis interfectores vltiscentibus, attende ex Platonis sententia, perturbationes ad sensibilia pertinen- tes posse in aia seiuncta ab hoc corpore remanere. Siquidem ex eius- dem sententia remanet & prima quædam setiendi natura substan- tialis origo sensuum reliquorum, per quam aia & in hoc corpore in hæc instrumenta vires explicat sentiendi, & discedens ab hoc eas quodammodo replicat in seipsam, siue, vt magis Platonicè loquar, exercet in aereo corpore. Quo inuoluta & hoc ingreditur & ex hoc egreditur. De his Platonicis ita distinguit, vt anima in corpo- re hoc crassiore ad breue habiet: in aereo vero multa per secula: in cælesti per omnia. Quorsum hæc? Ne mireris perturbationes in de- functi anima superesse: si harum rerum sensus memoriq; super- sunt. Probabile vero esse putabant antiqui theologi, animas ho- minum repente interfectorum, vtpote inextirpatis, perturbatione- bus agitari: quæ & hostes exagitare, id videlicet non humana tantum indignatione efficiente, sed diuina etiam nempe à demone providente. Superesse vero ex antiquorum opinione in anima sen- sum perturbationemque vlticem, eamque aereo vti corpore, Platonicus noster Maro testis occurrit. Quid enim sibi vult, Et nunc magna mei sub terras ibit imago? Platonicè almodum imaginem rationalis animæ nominat primam ipsam sentiendi na- turam.

turam. Sed cur magnam? Quia & fons est sensuum reliquorum communis; sensus, & magno post hoc corpus vitur corpore, scilicet aereo: quod quidem & huic insinuat quodammodo sit angustum: hoc exitum explicatur in amplum, elementi aerei exigente natura. Præterea, Omnibus umbra locis aereo, dabis improbe penas. inter imaginem distinguit & umbram. & imaginem quidem animæ esse vult sensum in aereo corpore. Ipsum verò corpus aereum, esse animæ umbram. Sed terrestre corpus cæcum nominat carcerem. Quod autem in iudicijs de homicidio, præsertim de parricidio dicit, de regressione animæ humana in corpora rursus humana, in quibus sepe det penas, pares omnino culpis in superiori vita conceptis, vetus magorum Aegyptiorum; sacerdotum sententia est. Nullum enim convenientius humanorum delictorum esse purgatorium indicabant, quam in corporibus humanis eadem animas quandoque pati quæ fecerint. Quæ quidem ratione Plotinus Aegyptius in libris de Providentia vitur ad soluenda dubia aduersus prouidentiam iustitiamque diuinam quotidie insurgentia. Inquit enim, quæ à diuina prouidentia in præsentis vita non rependuntur, in altera & quidem humana pari prorsus ratione rependi. Rependi in super & in brutis: in quibus sepe animam quoniam hominis, fiat anima bruti. Sed in vltima hac sententia solus exitus videtur. Cæteris enim Platonicis displicet, animam hominis propriam, aliquando fieri bruti propriam. Consentunt tamen vicissim in homines alios transigrare: quod quidem etiam Plato non habet certum, habet tamè valde probabile. Quod verò migret in bestias, sepe quidem recenset, sed dedita opera adeo præter solitam grauitatem ridiculè narrat, vt planè demonstrat negandam quidem esse rem ipsam: allegoriam verò querendam, scilicet vt transire in brutum duobus modis accipias. Primo quidem in affectum, imaginationem, habitumque bruto conuenientem. Deinde in habitationem consuetudinemque inter feras ad tempus supplicij gratia. consuetudinem namque affectionemque brutam, esse penam duntaxat antiqui putant: regressum verò in hominem, vbi paria & similia subeantur, non solum supplicium esse, sed purgatorium. Post hæc in mentionem de legis necessitate incidens opportunè, asserit necessariam humano generi esse legem. Nam absque legibus nihil ab atrocissimis feris discrepaturum. Huiusque causam asserens, nullius hominis ingenium ita natura institutum inquit, vt omnia quæ ad publicum bonum necessario cognoscenda sunt, cognoscat sufficienter: ac si forte nouit, vt optimum id quod nouit agere, possit semper & velit. Quod si diuina quadam gratia mens quedam inter homines surgeret, quæ publicum omnino bonum cognosceret, ad idque generose ac semper intenderet, nullis vel huic, vel patriæ suæ eo tempore legibus opus fore. Mentem namque veram ac liberam omni lege præstantiorem esse, atque ipso iure cunctis dominaturam. At quoniam id nullius ingenio est tributum, concludit necessario sub legibus esse viuendum. At quoque studium quidem proprii boni ciuitatem penitus dissipare: studium verò publici boni connectere. Item pestem in ea ciuitate dominari perniciosam, vbi iudicium à magistratibus, vel mutuū agitatur, vel clamor sum. Atque vbi familiarem demonem inquit multis sepe malis obistere, si demonis horres nomen, vel concedente Platone angelum nominato. Ac memento nostrum demonem geniumque, non solum, vt quidam putant, nostrum intellectum esse, sed nume. Præcipit mox seniores paterna reuerentia adeo coli, vt etiã ab his verberatus succensere non debeas: sed patienter ferre. Sed natales quos hic commemorat deos, nõ ascendunt signa, signorumque dominos planetas astronomico more debemus accipere: sed ideã generis humani principium, demonemque nostræ vitæ custodem. Denique monet timentam esse superiorum indignationem, & inferiorum punitionem. Monet mortem non esse supplicium vltimum, sed vltra hanc esse supplicia inferiorum eaque verisimè omnino narrari.



IUDICIA Verò si post hæc superiori-
bus actionibus conuenientia reddatur,
naturalis vtrique ferendarum
legum ordo seruabitur. Sed de iudicijs
quidem agricultura, similibusque,
dictum est: de maximis verò iudicijs
& iudicijs sigillatim nõdum diximus,
de his ergo deinceps dicemus. C. L. Probè.
A. T. H. Turpè quodammodo videri potest,
leges de hominibus, quales tractabimus,
illi ciuitati tribuere, quam dicimus rectè
se omnino ad virtutis possessionem habituram.
Nam cui absurdum non videatur, si quis in ciui-

tate instituta putet hominem nequissimum sicut in alijs nasciturum: adeo vt opus sit legum minus hunc præuenire, ne talis fiat, neue tale committatur, & commissæ postis legibus puniantur: quasi possint in hac quoque re. flagitiosissimi homines reperiri? Verum quoniam non vt præsci legumlatores agimus, qui cum deorum filij essent, heroubus, qui & ipsi e dys nati dicuntur, leges ferebāt: sed homines hominibus ista sancimus, vereri par est, ne quis ciuium ita natura indomitus & inexorabilis nobis gignatur, vt quasi legumina fulminis tactu prædura, igni legum etiam fortissimarum decoqui nequeat. Quæ obrem si quis forte sacrilegium committere audeat, legem de hoc feremus, quamuis onerosam nobis atque molestam. Enimvero educatum rectè ciuem, nec volumus, nec valde timemus tam graui morbo laboraturum. Sed serui istorum forsitan & peregrini, peregrinorumque serui, huiusmodi multa aggredientur. Quorum gratia maxime, & quia vniuersa natura hominum imbecillus est, tam de sacrilegio, quam de alijs, quæ aut vix, aut nullo modo sanari possunt, leges conscribam. Sed præmia primum secundum ordinem in superioribus institutum, his omnibus, quam breuissimè præponenda. Ad eum igitur qui nefaria cupiditate, & die tractus, & nocte excitus templa, vt fureretur, petit, hæc aliquis instructionis, & monitionis gratia diceret. O mirabilis vir, non humanum te malum, neque diuinum ad sacrilegia vertit: sed exitialis quidam asilus, à præscis atque inexpiatis flagitijs innatus hominibus circumagrans, quem cunctis viribus effugere debes. Quomodo autem effugies, audi. Cum talis oboritur in animo cogitatio, confuge ad expiationis obsecro. Confuge ad liberatorum deorum sacrificia supplex. Confuge ad bonorum virarum consuetudines, vbi partim audias, partim tu quoque dicas iusta honestaque ab omnibus esse colenda. Malorum verò consuetudines apprimè fugias. Quæ si feceris, cessaueritque morbus, bene tecum actum erit. Aliter autem mori satius fore arbitratus, desine viuere. Cum illis hæc exordia cecinerimus, quorum in animos incidit impia quadam & ciuitati pestifera cogitatio, quicumque ex his paruerint, eos à lege liberos dimittemus: sed hominibus præmio non persuasis, ferentes post hæc legem, altius intonabimus. Qui deprehensus in sacrilegio fuerit, si seruus peregrinusue erit, in facie ac manibus, calamitate ipsius literis iniusta, verberatus prout iudicibus videbitur, nudus extrà fines pellatur. Fortè enim supplicio continentior factus, euadet denique melior. Nullum quippe supplicium lege factum, ad malum tendit: Sed duorum alterum ferè semper solet efficere. Nam aut melior, aut certè minus prauus, qui penas dedit, fieri solet. Si verò ciuis quispiam aliquid tale in deos, aut in parentes, aut in patriam perpetrare, & ad maximam iniuriam induxisse animum deprehendatur: hunc iudex, quia ex puero bene doctus educatusque à maximo scelere non abstinet, sanari non posse existimet. Pœna huic mors malorum minimum. ruitur autem, vt exemplo alios iuuet, extrà fines perdat. Filij verò eius, & generi vniuerso si mores paternos fugerint, quia nati ex malo fortiter virtutem secuti sunt, honor exhibeatur & laus. Nullus autem istorum pecunia in fiscum redigantur, in republica

utque Beza
Vide Chi-
liades.

in ea qua sortes easdem semper & aequales permanere oportet. Sed quando quis ea patrauit qua pecuniarum multa luenda sunt, quod supra sortem possidetur, id impendatur, fors integra maneat. Cuius rei exactam veritatem à descripto censu legum custodes semper iudicibus deferant, nequis unquam propter indigentiam pecuniarum sua sorte priuetur. Quod si quis maiore dignus damno videatur, nec fideiussione liberalitateque amicorum liberetur, manifestis diuturnisque vinculis et ceteris opprobrijs puniatur. Peccatum nullum impunitum sit, neque profugus ultus, & impunis habeat, sed aut morte plectatur, aut vinculis, aut verberibus, aut ignobiliter sedendo standoque in sacris ad extremitates regionis productus, aut pecunijs, ea ratione quam diximus, multatus, poenas luat. Iudices autem capitales criminis legum custodes sint, & optimi quique ex eorum numero electi, qui anno proximo praeferito functi magistratibus fuerint. Quo autem modo accusationes citationesque & similia fieri debeant, posteriores legum latores determinent. Suffragiorum autem sententiarumque modum, nostri officij est lege perscribere. Manifeste igitur ista ferantur. Sed ante haec coram accusante defendenteque quam proximè seruat ipsorum dignitate iudices sedeant. Vbi ciues qui otio abundant, oēs adsint, taliaque iudicia diligenter audiant. In quibus cum prima oratio ab accusatore fuerit habita, defensor alteram dicat. Deinde senior de iudicibus, quae dicta sunt, omni adhibita diligentia sufficienter examinet, post eum ceteri omnes considerent, quodcumque ab aduersarijs dictum vel non dictum perquirendum singuli putant, qui autem nihil discussione sua dignum censet, alteri examinationem ipsam relinquat. At tandem in vesta sacratio scripta quae tunc conclusa fuerunt, insertis omnium iudicum signis, deponantur. Postridie rursus eodem in loco congregati eodem modo examinent, iudicentque: & signis appositis, omnibus quae dicta fuerint, deponant. Cumque hoc similiter tertio fecerint, signis testibusque sufficienter assumptis, sacrum singuli ferentes suffragium iureiurando per vestam vere iusteque pro viribus se iudicatuos affirmant: atque ita huic iudicio finem imponant. Post peccata in deos commissa, de his dicatur quae in reipublica perniciem committuntur. Qui principatum ad hominis arbitrium redigit, eius leges subigit: atque ita ciuitatem subijcit factionibus, & vi adhibita contra leges seditionibus eam replet haec vniuersa ciuitate hostis est maximus omnium iudicandus. Secundus illa hostes est, qui quamuis particeps huius sceleris non sit, tamen cum amplissimis fungatur in ea republica magistratibus eas coniurationes non animaduertit, & si animaduertit timiditate quadam patria non succurrit, quare unusquisque vir, qui modo alicuius praecij ciuis fore studet, haec iudicibus referat, eumque in iudicium trahat, qui patriae insidiatus vi ad iniquam gubernationem vertere illam conatur. Iudices autem huius sceleris sint, qui & sacrilegij, totumque iudicium similiter peragatur, et suffragia quae multitudine vincunt, morte condent. Et ut breuiter dicam, peccata patris non luant filij nisi pater, auus, ac pro auus deinceps capitibus rei sint. hos autem cum bonis suis, sorte semper excepta in antiquam ciuitatem patriam mittat. Et de filiis ciuium, quibus plures quam vnus sunt, non pauciores, quam decem annos nati eos sorte deligat, quos patres, aut

aut paterni materniue nominauerint, nominatque ipsorum Delphos mittant, & qui oraculo Apollinis approbabitur, huic feliciore fortuna fors & domus destituta reddatur. C. L. Recte id quidem. A. T. H. Communis praeterea tertia lex de iudicibus iudicijque modo, aduersus eos qui prodicionis accusati sunt. Et de mansione filiorum atque nepotum siue exitus e patria vna lex aduersus tres similiter sit, proditorem, sacrilegum, & violentum legum ciuiliu euerforem. De furto autem, siue magnum quid, seu paruum quis furatus sit, vna lex poenaeque similis omnibus sit. Damnatus n. quispian furti, si ultra sortem bona sua sufficiunt, duplum reddat: aliter vinciat, donec aut illi persuaserit cui debet, aut reddiderit. Quod si publicum furctum fuerit, tum demum à carcere liberetur, cum ciuitati persuaserit, vel duplum reddiderit. C. L. Quoniam modo dicimus hospes nihil differre siue magnum seu paruum sit furctum, siue à sacro loco, seu non sacro sublatum sit, seu quomodoocunque aliter id fiat? Quippe cum multis modis committi furctum possit, sceleris varietatem distimilitudinemque conijcere legislator debet, nec similibus poenis quae similia non sunt, punire. A. T. H. Opportune à Clinia impetu currentem me retraxisti, & in memoriam quae olim quandoque cogitaueram redegit, ad hunc usque diem leges nullo modo recte constitutas fuisse, ut nobis praesentia considerantibus succurrit dicere. C. L. Quomodo rursus id dicimus? A. T. H. Congrua profecto imagine usus sumus, quando omnes qui haec leges recipiunt, seruis illis contulimus, qui ab alijs seruis curarentur. Illud certe ignorare non decet, quod si medicus quispian eorum qui vsu quodam absque ratione medentur, liberum medicum philosophiaeque studiosum agrotanti libero colloquentem audiat, dum morbi initia rationibus indagat, & de natura corporum diligentius differit, ridebit protinus: & aduersus illum ea dicit quae hac in re plurimis medicorum in promptu semper esse solent, non mederis, inquiet agrotanti o fatue, sed quasi doctrina non sanitate indigeat doces. An non recte sic loqui videbitur? nonne & nobis merito idem obijciat, quod quicumque de legibus ut modo nos, differit, non leges condit, sed ciues erudit? C. L. Fortasse. A. T. H. Sed feliciter in praesentia nobis contingit. C. L. Quidnam. A. T. H. Quod nihil ad ferendas leges nos urget, sed ipsi fronte hac consideratione suscepta, de omni reipublica disciplina, quid optimum atque necessarium sit, quomodoque id peragatur, perspicere nitimur. Cum ergo liceat si volumus quid optimum sit, aut quid maxime necessarium in legibus considerare, utrum nobis uideatur, tractandum in praesentia eligamus. C. L. Ridicula haec hospes optio est, manifesteque nos illis similes facit, qui necessitate ingenti leges ferre ita in praesentia compelluntur, ut in crastinum licere non videatur. Nobis autem dei auxilio, quemadmodum illis qui ex lapidibus vel ex alia quavis materia aliquid construunt, licet fusim ea colligere, ex quibus futura commoda operi absque vlla festinatione deligentur. Quasi ergo edificatores minime festinantes, alia modo fundemus, alia hinc ad edificandum sumamus, adeo ut in ferendis legibus, alia quasi modo ponantur, alia vero quasi iam positis apponantur. A. T. H. Sic utique secundum naturam magis à Clinia compendiaria nobis fiet legum constructio. Sed illud

per deos de legum latoribus consideremus. CL. Quidnam?
 ATH. Multorum scripta sermonesque in civitatibus extant.
 sunt autem et legislatoris scripta et sermones. CL.
 Quid nam? ATH. Vtrum igitur poetarum ceterorumque
 scriptorum operibus de ratione vivendi compositis ani-
 mum applicabimus: legum vero latorum, nequaquam?
 an his maxime omnium? CL. Isthis omnino. ATH. Le-
 gislatorem ergo scribentium solum oportet de honesto,
 bono, iustoque consulere, docereque qualia haec sint, et quo
 modo his agenda, qui felices futuri sunt. Turpe enim
 est, cum Homerus, Tyrtaeus, ceterisque poetae probe de vita
 studijsque hominum scripserint: turpe inquam Lycurgo at-
 que Soloni, ceterisque legum latoribus minus id facere.
 Rectum igitur ipsum praeter ceteris omnibus scriptis leges
 mirifice praese ferre debent: ceterorum vero scripta pro-
 bari, si legibus consentanea sunt: sin dissona, derideri.
 Sic igitur leges civitatibus conscribantur, ut patris ma-
 trisque personam lator legum penitus gerat: scriptaque cha-
 ritatis prudentiaeque virtutem habeant potius, quam domi-
 ni tyrannique imperium minitantis tantum et describen-
 tis, rationem vero nullam penitus assignantis. Conside-
 remus igitur an hac via nobis progrediendum sit, siue
 possimus, siue non. Sed accingamur iam: et pro viri-
 bus hac via procedentes, etiam si pati quicquam ne-
 cesse sit, toleremus. quod vitinam felix sit: eritque
 profecto, si deus voluerit. CL. Recte locutus es: qua-
 re sic faciamus. ATH. Considerandum est ego primum,
 ut accipimus, diligenter de sacrilegio, de furto, de cete-
 ris omnibus iniurijs, nec graviter ferendum, si in ea ip-
 sa legum descriptione, aliam iam posuimus, de alijs disce-
 ptamus. Non enim legum latorum iam sumus, sed efficimur
 modo, et cito fortassis erimus. Verum si de his qua pro-
 posui, ita ut dixi, differendum videtur, edisseramus.
 CL. Sic omnino. ATH. De honestis igitur iustisque rebus
 omnibus, inspicere id conemur, quo nos, qui ceteros si non
 possumus, certe cupimus praeclere, nobis ipsis conveni-
 mus, et quo discrepamus, quo item alij a seipsis. CL.
 Quas quae inter nos differentias dicis? ATH. Conabor
 exponere. De iustitia omnino iustisque hominibus et rebus
 et actionibus omnes quodammodo consentimus: quod ni-
 delicet omnia haec honesta pulchraque sint: ita ut si quis ius-
 tos homines etiam si corpore deformes sint, secundum ip-
 sum iustitia habitum pulcherrimos asserat, nemo sit iu-
 dicium illius reprobaturus. CL. Nemo ferè qui ita lo-
 quatur perperam loqui videbitur. ATH. Recte igitur.
 CL. Fortè. ATH. Sed videamus age, si omnia
 quae iuste fiunt, honesta pulchraque sunt. Omnium vero
 passiones nobis sunt ferè actionibus similes. CL. Quid
 hoc? ATHEN. Actio utique quaecumque iusta est, qua-
 tenus iustitia, eatenus et honesti est particeps. CL.
 Cur non? ATHEN. Quare passio quoque iusta, si a-
 qui, honesti, atque iustitia particeps esse dicatur,
 haud dissona nobis erit oratio. CLIN. Vera loque-
 ris. ATHEN. Si autem passionem aliquam iustam qui-
 dem esse affirmabimus, honestam vero negabimus, ius-
 tum et honestum inter se dissonabunt. Iusta enim
 turpissima esse dicentur. CLIN. Quomodo id dixisti?
 ATHEN. Nihil difficile cognitum. leges enim quae prius
 vobis posita sunt, contraria penitus praecipere his verbis
 videbuntur. CL. Quo pacto. ATH. Sacrilegum censeba-

mus iuste moriturum, legum quoque bene positarum ho-
 stem similiter. Cumque multas huiusmodi leges scripturi
 essemus, retraximus nos considerantes has passiones tam
 multitudine quam magnitudine infinitas esse, iustissi-
 mas quidem omnium passionum, sed turpissimas quoque
 omnium. Nonne sic honesta iustaque modo quasi eadem,
 modo quasi contraria, videbuntur? CL. Ita videtur.
 ATH. Multi igitur dissonè sic honesta iustaque quasi discre-
 pantia, nuncupant. CL. Ita profus apparet. ATH. Sed
 rursum videamus o Clinia, quomodo nos de his consenti-
 mus. CL. Quem dicis consensum? ATH. In superioribus
 manifeste mihi dictum arbitror. CL. Quo pacto? ATH.
 Quod si supra dictum non est, nunc saltem me dicere exi-
 stimate. CL. Quidnam? ATH. Malos omnes omnino
 non sponte malos esse. quod si ita est, illud quoque sequi
 necesse est. CL. Quid? ATH. Iniustum esse malum, et
 malum non sponte huiusmodi esse. non sponte vero fieri,
 quod voluntarium est, nulla unquam ratione potest.
 Qui igitur iustitiam involuntariam putat, iniuste agen-
 tem hominem iniuste agere non sponte putabit. Mihi quo-
 que mecum modo conveniendum est, cum omnes non spon-
 te iniuriari fatear: quamvis possit quispiam ambitionis
 contentioni suae causa illud nobis obijcere: iniustos quidem
 non sponte iniustos esse, multos tamen illorum sponte in-
 iuriari. Mea quippe sententia non haec, sed illa est. Quo-
 modo ergo verbis meis ipse conveniam, si me ita o Cli-
 nia et Megille interrogabit? Si ita haec se habent ho-
 spes, quid nobis de Magnesiensium civitate consulis? Da-
 réne leges ipsis, an non? Ego vero dare leges consulam.
 Tum vos ita: Distingues igitur ipsis sponte, atque item
 non sponte factas iniurias: et illarum maiores, harum
 vero minores multas conscribes? An omnium pares,
 cum nulla penitus iniuria sponte fiant? CL. Rectè tu ho-
 spes. Sed his qua modo dicta sunt, ad quid venimus?
 ATH. Probe interrogasti. Vtemur enim in primis ad il-
 lud. CL. Ad quidnam? ATH. Memoria repetamus pro-
 be in superioribus nos dixisse, multam magnamque de re
 iusta turbationem inter nos esse atque disensionem.
 Quod resumente, nos ipsos interrogemus, deceatne cum
 differentiam horum nequaquam declaraverimus: qua
 in qualibet civitate ab omnibus praecis legumlatoribus
 quasi duae iniuriarum species posita sunt, sponte scilicet
 et non sponte facta, atque ita variè puniuntur: o-
 pinionem hanc nostram quasi diuinitus dicta sit, in me-
 dium inducere, nec eam vlla ratione quomodo rectè se
 habet confirmare? Minimè vero sic decet. Verum neces-
 se est antequam leges ponamus, quemadmodum haec duo
 sint, et quam differentiam habeant, significare, ut
 quando supplicium verique imponimus, quisque intelligat,
 indicareque valeat quodammodo, convenienter an contra
 impositum fuerit. CLIN. Rectè nobis loqui videris ho-
 spes. Oportet enim alterum de duobus nos facere, vel non
 dicere, nullas iniurias sponte fieri, vel antequam ad alia
 pergamus, quomodo rectè dicatur, exponere. ATHE-
 NIEN. Horum ego alterum minimè patiar, ut videli-
 cet quod ita esse existimo, negem. Nec officij mei id
 esset, neque pium. Quomodo autem haec, si in eo
 quod est sponte fieri, et non sponte minimè differant,
 duo sint, et quo alio differant, quodammodo aperire
 conemur? CLIN. Non aliter certe hospes ista

nos intelligere possumus. ATH. Ita fiet. Age igitur, nōne multa inter ciues in cōmutationes consuetudinēq; damna & incōmoda sunt, in quibus voluntarium & inuoluntarium abundare videntur? CL. Quid ni? ATH. Nemo verò non incōmoda nocentiaq; iniuriis putet, duplicem quoq; in ipsis esse iniuriam arbitretur, non sponte alteram, alteram sponte commissam. Damna enim omnium non sponte facta, nec numero, nec magnitudine, minora illis sunt, quae sponte fiunt. Sed considerate quae utrum deinceps veri aliquid afferam, an penitus nihil. Num enim ò Clinia & Megille, si quis cuiquam nocet nolens dicam iniuriari nolentem? aut propterea quasi iniuriam non sponte factam in legibus istud ponam? imò nullam id damnum iniuriam dicam, siue maius siue minus sit. Sape etiam eum, qui vtilitatem minus recte contulit, iniuriari dicimus, si haec minime superat. Nam ferme ò amici, nec si quis conferat, nec si contra quicquam auferat, par est ut iustus aut iniustus ita simpliciter appelletur. Non igitur id, sed si probis moribus iustisq; modo proficit alicui, vel ob sit, an contra, hoc est legūlatori considerandum: & ad haec duo illi respiciendū, ad iniuriam dico & nocentum: ita ut ad indēnem integrumq; statum pro viribus quaeq; perducatur, amissum restituatur, quod decidit, rursus cōsurgat, occisum vulneratumq; reparatur: semperq; conandū ut discordia nocentis suscitata, per leges in amicitia redigantur. CL. Probē ista dicuntur. ATH. Iniusta itaque dāna emolumenta q;, si quid forte ex iniuria sequatur lucri, quasi morbos animi, si sanabilia sunt, curare oportet. Cura verò iniustitia illuc feratur. CL. Quoniam. ATH. Ut quisquis iniurias seu magnas siue paruas commisit, per doctrinam corrigatur à lege, cogaturq; oīno, ut vel nunquā amplius tale quid audeat sponte committere, vel rarius admodū, poena impositione deterritus. Profecto legum optimarū officium esse dicimus, ita animos hominum instituerē, ut oderint iniustitiam: iusti verò naturā vel diligant, vel saltem non oderint: siue operibus seu verbis legislator id assequatur, seu voluptate siue dolore, vel honore vel infamia, aut pecunia multando aut donis, aut alio quouis modo id faciat. Quos verò insana biles legislator esse senserit, ultimo supplicio hos afficiet, nō ignorans satius fore his qui insana biles sunt, mori q; vivere, ac si vita priuatur, dupliciter prodesse ceteris. Nam horū exemplo à peccato ceteri deterretur, et improbis hōibus ciuitas ipsa mūdatur. Hac de causa insana biles hōes morte legis conditor plectet, alia minime. CL. Moderate admodū haec abs te dicta videntur, sed iterū iniuria dāniq; differentiam, & quō sponte fiant, clarius te dicentē libenter audicemus. ATH. Et facere conabor, & dicere, ut iubetis. Constat sanē, quod de anima inter nos differentes hoc saepe dicitis, & auditis, vnum in ea affectum siue partem naturae inesse, quam iracundiā dicimus, contentiosam atq; difficilem, quae inconsiderata vi multa euerit. CL. Proculdubio. ATH. Voluptatē autē non eandem cum ira dicimus, sed ex contraria potētia dominantē: quae persuasionē simul & violenta quadā deceptione compellit, ut quicquid ipsa velit, hoc peragas. CL. Et maxime quidem. ATH. Tertiam delinquendi causam quisquis ignorantiam posuerit, non errabit. Sed qui hanc bipertito distinxerit, legūlator melior

erit: alteram quippe simplicem is ponet, alteram duplicem: & simplicem quidem leuium peccatorum causam arbitrabitur: duplicem verò vocabit, quando nō ignorantia solum quispiam detinetur, sed etiam sapientia opinionē instat, quae omnino ignoret, ea scire se prorsus existimat. Hanc si vires roburq; consecuta fuerit, ingentiū turpissimorumq; scelerum causam esse censebit: si autem imbecillitate prematur, peccata & puerorum & seniorū inde profecta, peccata quidem esse putabit, & illis tanquā peccantibus leges praescribet, sed mitissimas omnium, plurimaq; venia & indulgentia plenas. CLIN. Aequum id est. ATH. De voluptate atque ira consentimus ferme oēs, alios quidem homines illas vincere, alios vinci. Atq; ita est oīno. CL. Ita prorsus. ATH. Ignorantiam verò alios superare, & ab alijs superari, nunquā audiuimus. CL. Vera narras. ATH. Singula haec ad se rapere hominem dicimus, saepe simul ad contraria tractum. CL. Imò sapiissime. ATH. Nunc iam tibi quid iustum, quidue iniustum dico, clare absque vlla ambiguitate exponam. Ira namq; atque timoris, voluptatis & doloris, inuidiaq; cupiditatis tyrannidem in aīo, siue noceat, siue non, omnino iniustitiam nomino. Sed opinionem optimi, qua videlicet rōne ciuitas, vel priuati aliqui putabunt, si animo dominata omnem virum exorneret, etiam si quid minus recte illi successerit, iniustitiam nomino: & quicquid inde gestum est, iustum appello: atque eos qui hmoi principatui libenter parent, optimē vivere duco. Illiusmodi verò dānum iniuriam non sponte commissam plurimi opinantur. Nos autē de vocabulis non contendimus. Verum quoniam tres peccatorum species dicitur sunt, memoria haec primo diligentius repetenda. Doloris quidem quem iram timoremq; vocamus, vnam speciem arbitramur. CL. Prorsus. ATH. Voluptatis rursus cupiditatumq; alteram. Spei autē ac de optimo verae opinionis appetitionem desideriumq;, speciem tertiam. Quibus rursus bipertito diuisis, species quinque conficiuntur, quibus leges inter se differentes speciebus quinque in duobus generibus sunt ponenda. CL. Quae sunt ista genera? ATH. Alterum quod vi & aperte committitur: alterū quod clam & cum deceptione in tenebris. At nonnunquam vtroque agitur. Quod si iure tractabitur, asperius legibus coercetur. CL. Aequū est. ATH. Sed redeamus illuc iā, vnde huc digressi sumus, terminandisq; legibus incūbamus. Erat autem nobis propositū de sacrilegis, de proditoribus, de his qui mutando rempub. leges corrumpunt. Horum aliquid quis forte committeret, propter insaniam, vel morbo, vel senio pressus, vel in aetate puerili cōstitutus, ita ut ab istis nihilo differat. Ac si tale quippiā electis iudicibus fecisse declarabitur, ipsosq; aut defensione referente sic affectus iudicabitur commississe, damnum quod intulit simplex oīno restituat, cetera sibi remittantur, nisi hōie interfecto, mundus adhuc à cade non sit. Sic n. alio profectus, annum peregrinetur. Et si prius quam constitutū à lege tempus pterierit, reuersus fuerit, aut ēt intra fines deprehēdatur, in publico carcere biennio à legū custodibus detineatur, posthac liber à vinculis esto. Sed ut incēpimus, de unaquaq; specie cadū leges absolutius cōscribamus. Et primo quidē de vi et non sponte factis dicemus. Si quis in certamine publicoq; gymnasij non sponte, siue cōfessum, siue postea ex vulneribus secusa mors

vi non sponte

fit, amicum hominem interfecerit, vel in bello similiter, vel in exercitatione bellica magistratibus instituta, siue nudis corporibus, seu ad imitationem veri belli armatis, secundum legem à Delphico Apolline latam mundus sit. Omnes autem medici qui curantes non sponte occiderint, mundi sint. Quod si manu sua quispiam non sponte, siue nudo corpore, siue instrumento, velo, vel cibo potuque, ignis frigorisque fluctus adiectione, aut priuatione spiritus, siue id suo corpore, siue per alia quaedam faciat, aliquem interfecerit, omnino ut manu propria interfector existimetur: atque ita ut dicam plectatur. Si alienum seruum interfecerit, suum putauerit: domino damnus restituat vel duplum precij reddat. Quanti vero precij fuerit seruus, à iudicibus statuatur. Purgationibus vero pluribus maioribusque utatur quam qui certando aliquem interfecerunt. Quarum idonei sunt interpretes, hi quos dei comprobant oraculum. Sin vero seruum suum, purgatus secundum legem, sit absolutus. At si liberum quis non sponte hominem interfecerit, ipsi purgationibus utatur, quibus qui seruum peremit. Et prisci mysterium non continent. Fertur enim interfectorum ut hominem qui libere uixit, interfectori proximo statim post mortem tempore irasci, ac propter violentam mortem, terrore turbationeque plenum, maxime si uiderit interfectorum inter suos morte solito vivere, interfectorum ipsorum eiusque actiones, uim ad hoc suppeditate memoria, cunctis uiribus terrere, atque turbare. Quare opus est ut homicida interfectori hominis gratia anno integro exul à patria, omnique ea regione procul uitam ducat. Sin vero qui interijt peregrinus fuerit, à patria quoque peregrini anno tempore homicida pellatur. Huic legi si obtemperauerit, genere proximus interepto, qui uerum patuerit attendet, illi ueniam praestet, qui et pace ipsi reconciliatus et aquus omnino erit. Sin vero non obtemperauerit, sed cum immundus sit, templa deorum petere sacrificareque audeat, vel statuto tempore uniuerso non peregrinabitur, genere proximus interepto id iudicibus deferat, eum de cade accuset, et dupla omnia sumat ab eo supplicia. Quod si proximus ille neglexerit, quasi scelere in ipsum reuoluto, ipso uel delicti interepto passione in illum conuertente, à quolibet uolente accusetur, et quinq; annos patria carere cogatur. Si peregrinus non sponte peregrinum in ciuitate occiderit, eadem lege à uolente quocumque id iudicibus deferatur, et similiter iudicetur. Sin vero incola id fecerit, anno exulet uno. Quod si peregrinus omnino peregrinum, siue incolam siue ciuem necauerit, uera purgationem tota est à regione in qua leges hominum dominantur, per omnem exulet uita. Ac si contra leges redierit, morte à legum custodibus puniatur, et bona si qua possideat, proximo interfectori tradantur. Quod si non sponte quispiam in eam regionem delatus fuerit, tempestatis quidem uel fluctu maris depulsus, nauigandi oportunitate pedibus mare tangens expectet, uel aut per terram ab aliquibus adductus, à magistratu cui primo res delata fuerit, soluendus est, et intactus in exilium retrudendus. Siquis uero manu sua liberum hominem ira concitus interfecerit, bipertito ira primo oportet distinguere. per iram non facit et qui subito absque uoluntate interimendi uerbis, uel quouis modo interfecit, ita ut confestim post impetum poenitentia sequatur, et qui contumelia uel iniuria laesit, ideoque uindicta cupiditate perseverantes, postea uolentes interfecerunt, nec poenitent ea fecisse. Duplice igitur eadem ponere placet, utraque ira factum. Quis inter uoluntarias est

inuoluntarias actiones medias iure posuerint. Neutra enim uoluntaria reuera uel inuoluntaria est, sed altera alterius est imago. Nam ille quidem qui iram seruat, nec repente, sed cum insidijs se postea uindicat, homicida uoluntarius est per similibus, et qui non seruat, sed primo ira impetu fertur, et absque meditatione interfecit, inuoluntarius homicida similis iudicatur. Non tamen omnino inuoluntarius est, sed inuoluntarius habere similitudinem dicitur. Quocirca per iram commissa caedes, difficile determinantur, uerum uoluntaria an contra, ponenda sint. Optima igitur et uerissima sententia est, utraque imagines appellare, easque seorsum ita distinguere, ut altera consulto, altera inconsulto committi dicatur. Maiora uero supplicia illis decet imponere qui consulto per iram interfecerunt. Illis contra, qui repente et inconsulto, leuiora. Neque quod grauiori malo simile, asperius, quod uero leuiori, mitius puniendum. Ita certe nostris legibus agendum est. Ita prorsus. ATH. Sed de ira iterum repetentes ita dicamus. Siquis manu propria liberum hominem ira concitus inconsulto occiderit, cetera quidem eadem patiatur mala quae et homicidae, qui non per iram occiderit, debentur, sed duobus omnino ad iram suam coerenda exulet annis. Qui uero per iram quidem sed ex insidijs liberum quenquam occiderit, cetera uti similiter ac primus cogatur facere. Non autem biennium tantum ut ille, sed triennium exulet, ut ira eius diuturnior diutius puniatur. Uniuersalis autem istorum haec dispositio sit. Nempè difficile est singillatim exacteque de his leges ponere. Aliquando enim quae iruculentior caedes lege statuta est, leuior uidetur, non nunquam contra, quae leuior, iruculentior, prout atrocius, aut mitius gestu est. Ut plurimum uero quae admodum modo diximus, ista contingunt. Sed haec omnia legum custodes cognoscant. Cum uero restitutorum exulum ipsi aduenierint, ad fines regionis uertant, qui diligenter consideratis omnibus per id tempus exulum actionibus, pudoris eorum receptionisque iudices fiant. Illi uero horum magistratum iudicio acquiescant. Quod si post restitutionem alteruter horum ira comotus similiter peccauerit, perpetuo exulet, et si rursus redierit, non aliter quam peregrinus rediens puniatur. Siquis ita seruum suum necauerit, purgetur: si alienum, damnus domino in duplo restituat. Siquis homicida legibus non paruerit, sed nondum purgatus, forum, gymnasia, ceteraque sacra ingressu suo contaminauerit, quicumque uelit tam istum quam interfectori cognatum haec negligente, in iudicium uocet, et in duplo cum pecunia cum cetera persolvere cogat, quodque solutum est, ipse secundum legem accipiat. Si seruus ira concitus dominum suum interimat, occisi hominis cognatum quo uelint ipsum interficiant, mundum à crimine sint, dummodo uinum non conseruauerint. Sin uero seruus non dominum suum, sed alium liberum per iram necarit à domino suo interfectori cognatis tradatur: qui utcumque uelint, omnino ipsum interimant. Si pater aut mater (accidit enim quantum raro) per iram uerbis seu quouis modo filium uel filiam interficiat perinde ac ceteri homicidae purgetur, et triennium exulet. Ac post ipsam restitutionem maritus ab uxore, uxorque à marito separetur. Nec simul amplius liberis procreandis operam dent, neuterque horum simul cum eo habitet, cuius filium uel fratrem occidit, nec una cum eo sacris communicet. Et qui impietate animi his legibus non paruerit, ut impietatis reus à uolente quolibet accusetur. Si uir uxorem, aut uxor uirum per iram necauerit, purgetur

Ira uel inconsulto, uel consulto.

getur similiter, & triennium integrum exulet. cumq; redierit, nec sacris cum liberis suis coicet, nec vna mensa utatur. Quod si non seruet genitor aut filius, impietatis reus à volente quolibet accusetur. Frater vero si fratrem aut sororem, & soror si sororem, vel frater ira occiderit, non aliter quam parentes qui liberos interfecerunt & purgetur & exulet: nec post reditum sacris & mensa cum illis communit, quos fratribus aut sororibus filiis se priuauit. Qui legem hanc transgredietur, iure ut impius condēnabitur. At vero cum quis adeo victus ab ira fuerit, ut insano iracundia furore parentem interemerit, si parens antequam mori obiret, sponte interfectorem suum à cæde liberauit, sicut qui sponte eadem commiserunt purgatus, ceterisq; similiter factis, munus sit: sin vero non liberauit, multis legibus reus sit, qui necauit. Nam vltimis supplicis, cædis, impietatis, sacrilegij subiectus erit: quia sacri legio genitoris animam abstulit. Quare si possibile esset sepius aliquem mori, iustissimum esset sapius parricidam interficere. Nam cui ne pro defensione quidem sua si à parentibus interficiatur lege vlla conceditur ut parentes à quibus in lucem editus est interimat, sed omnia potius sustinere precipitur, quam quicquam homini facere: quo aliter iuste punire hunc oportebit? Lege igitur ira concitato ad parricidium mors sanciat. Si orta seditione vel quouis modo frater fratre in se impetum faciente pro defensione sua interimat, quasi hoste percipit purus sit. Quinetiam si ciuis ciuem, aut peregrinus peregrinum, vel peregrinum ciuem, vel econuerso, defendendo se, interfecerit, similiter mundus sit. Eodem modo, si seruus seruum: sin vero seruus liberum se defendens interimat, iisdem legibus quibus & parricida sit subiectus. Quod vero de liberatione à cæde parentis diximus, idem quoq; de liberatione omnium dictum intelligatur. Siquis ergo aliorum omnium alicui sponte dimiserit, quasi non sponte cæde commissa purgetur qui interfecit, & annu exulet vnum. Sed violenta iam & inuoluntaria ac per iram commissa de cæde mediocriter exposita sunt. Quæ vero sponte in his secundum omnem iniustitiam ex insidijs propter voluptatum cupiditatumq; inuidiam tyrannide committuntur, deinceps dicamus. c. l. Recte dicitur. A. T. H. Primū igitur quot voluntaria cædis causa sint, pro viribus declaremus. maxima vero huius causa est, cupiditas animi & libidinibus exagitata dominans: quæ in eo ardore consistit maxime qui multorum animos vehementer inflamat. hæc sanè ea vis est, quæ propter naturam & ignorantiam diuitiarum inexplebile gignit auditatē. Ignorantia vero causa est, quod non recte laudantur diuitie. Quippe tam Græci quam barbari, diuitias cum tertium bonorum teneant locum, in primo ponunt: atq; hæc sunt a seipso simul & posteros perdunt. Optime sanè & pulcherrime viuemus, si vera de diuitijs sententia vbiq; prædicaretur. ea est, quod diuitia corporis gratia sint: corpus autem animi gratia. Quare cum bona ea sint, quorum gratia possidenda diuitia sunt, tertium gradum post virtutem animi corporisq; tenebunt. Hæc ergo ratio nos tanquam magistratū docebit, non oportere hominem qui felix sit futurus, diuitias quomocunq; sed cum iustitia & temperantia querere. Sic enim cædes cædibus punienda in ciuitatibus nullæ committerentur. Nunc vero quemadmodum in huius disputationis principio diximus, vnum hoc est, & maximum, quod voluntaria cædis maxima

supplicia facit. Alterum est, ambitiosi animi habitus: unde inuidia nascuntur, primum quidem ipsi inuido truculentæ, deinde etiam optimatibus ciuitatis. Tertium locum ingentes iniustæq; formidines possident: quæ cædes multas pariunt, quando ea sunt alicui gesta, vel ad præsens geruntur, quorum neminem vellet esse conscium. Quare illos qui talia indicaturi videantur, si non aliter potest, morte e medio tollit. Ad hæc omnia, proemia sint quæ diximus: ac præterea sermo quem multi ex his qui sacris student solennitatibus, & audiunt & credunt, quod homicida apud inferos puniuntur: & rursus huc reuerfi, pœnas necessario secundum naturam debitas pendunt. Quippe quæ alijs fecerunt, ab alijs quoq; perpeti simili sorte in hac vita coguntur. Illi igitur qui persuasus fuerit, quod homini proemia monitus talia supplicia extimuerit, nullam ad hæc opus est legem ponere: sed homini contra affecto, lex ista scribatur. Qui consulto ciuem suum manu propria per iniuriam interfecerit, primum à templis, à foro, à portibus, & ab omni cœtu communi, ne præsentia sua hæc maculet, procul absit, sine quis adesse interdixerit, sine nullus. Lex enim ipsa interdicit, atque ita id vetat, ut pro vniuersa ciuitate interdiceret semper, et interdicitura esse videatur. Deinde qui eum non prosequitur ut decet, nec ab his arceat, de cognatione interfecti usq; ad patrueles & consobrinos, primum scelus deorumq; odia in ipso vertantur, sicut vulgo legis imprecatio & maledictio dicitur: deinde reus sit cuiq; interfecit vlcisci volenti. Qui autem persequi volet, cum omnia fecerit, quæ vel de lucidicriminis obseruatione uel de alijs quibuscunq; faciendæ deus instituit, & quæ prædicendæ sunt prædixerit, pergat, homicidamq; secundum legem dare pœnas compellat. Hæc autem faciendæ esse, precibus sacrificijsq; deorum, quibus ne cædes in urbibus fiant, cura est, facile legislator suadere potest. Sed qui dii sint isti, & quomodo secundum deum mentem maxime hæc iudicia peragantur, legum custodes cum interpretibus aruspibusq; & deo declarent, atq; ita iudicia pœnasq; disponant. Iudices vero harum rerum illi sint, quibus sacrilegij puniendi data est autoritas. Qui autem condemnatus fuerit, morte pœnas luat. & quoniam non impiè solum, sed imprudenter quoq; peccauit, in regione interfecti sepeliri non debet. Quod si fugerit, neq; iudicium sustinuerit, perpetuo exulet. Et si in qua circa fines fuerit deprehensus, qui primus illi obuius erit cognatorum interfecti vel ciuium, impune interimat: aut vinculum magistratibus tradat huius rei iudicibus occidendum. Quod si quis hunc defensurus accesserit, pro eo fideiubeat quem tutatur, trisq; is fideiussores quos iudices ipsi sufficientes putauerint, asserat: qui iudicio illum se sistere promittant. Id si quis facere noluerit vel non potuerit, vinculus à magistratibus, iudicio reseruetur. Verum si quis non propria manu, sed voluntate, consilio, insidijsq; hominem interfecerit, & cum causa cædis sit animoque impurus, in ciuitate habitet: condemnatus similiter puniatur: præterquam quod fideiussores non præbebit, & condemnatus propria non carebit sepultura. Cætera huic quemadmodum de superiore diximus fiant. Hæc eadē peregrinis aduersus peregrinos, ciuibsq; ac peregrinis vicissim & seruis aduersus seruos, de cæde propria manu facta, & de illa quæ consilio insidijsq; commissa est, statuta sint: nisi quod fideiussionem præbere istos,

Quæ à volē
tibus & sciē
tibus.

Quæ à volē
tibus & sciē
tibus.

quemadmodum illos qui propria manu interfecere, censemus. Si servus liberū sponte sine manu sua sine consilio interemit, condemnatusq; fuit, trahatur à publico lictore ac vindice ad interfecti monumentū, vel vnde illud cernere queat, verberatusq; prout iubet qui iudicio eum conuicit, si ita casus adhuc viuat, ad necem vsq; cadatur. Siquis seruū nihil iniuriante times ne turpe quid a se factū indicet, vel alia huiuscemodi causa ductus morti iradiderit: quasi ciuē necauerit sic puniatur. Accidunt quādoq; nonnulla, de quibus leges ponere graue est atq; molestū: & non ponere impossibile. Hmōi sunt cognatorum voluntaria & iniusta cades, siue manu propria siue consilio insidijsq; illata, q̄ in ciuitatibus male gubernatis plurimū cōmittuntur: sed nonnunquam et vbi nō credideris, fiūt. Ad hac scelera deuītāda, oratio superior repetatur. Fortē nāq; hīs auditis à sceleratissīma cade sponte aliquis abstinebit. Fabula. n. vel sermo, vel quouis alio nōe appellanda oratio, manifeste à priscis sacerdotibus dicta est, iustitiā specularicē oīum atq; vindicē, ad cognatū sanguinē vlciscendū, lege quā modo diximus, vti. Nempe illam constituisse, vt quisquis aliquid hmōi perpetravit, idē necessario patiatur. Vt si quis patrē morti tradidit, ipse postea certis tēporibus violenter à filijs occidatur. sin vero matrē peremit, ipse postea particeps naturā mulieris effectus necessario tandē à filijs suis interimatur. Cōmuni. n. sanguine maculato, non esse aliā purgationē, nec posse aliter abstergi maculā: nisi cadē cade simili simile ai a scelerata lustrauerit, totiusq; cognationis irā sedauerit. Ab his ergo sceleribus coercere hōes oportet, suppliciorū eiusmodi q̄ à dijs inferuntur, metu. Siqui vero in tā miseram calamitatē inciderint, vt patrē vel matrem, fratrē, vel filiū sponte atq; consulto vita priuare audeāt: mortalis legūlator sic de hmōi scelere sanciet: vt & arceantur à publicis sacrisq; locis, vt supra dictū est, & vades similiter requirantur. Et qui cadis hmōi condēnatus fuerit, tā à iudicū ministris, quā à magistratibus occidatur, trahaturq; extra urbē in statutū trinium nudus, vbi singuli magistratus pro vniuersa ciuitate in mortui caput lapidē mittant, atq; ita ciuitatem oēm purificent. Demū vltiā regionis fines portatū, secundū leges insepultū eiciant. Sed quid de illo indicandū, qui proximū atq; amicissimū cade perdidit: qui dico seipsum vita et sorte fatorū vi scelerata priuauerit: nō iudicio ciuitatis, nec tristi & inuitabili fortunē casu coactus, neq; pudore aliquo extremo cōpulsus: sed ignauia & formidolosi animi imbecillitate, iniuste sibi mortem consciuerit? Quae purgationes, & q̄ sepultura huic lege conueniat, deus ipse nouit: proximi tamen huic genere ab interpretibus legibusq; harum rerū hac exquirant: & quemadmodū ab his statutū fuerit, ita faciant. Sepultura igitur istis solitaria fiat, vbi alius nemo cōdatur. deinde in his locis sepeliantur q̄ de duodecim regionis partibus vltima, deserta, & nominataq; sunt, sic obscuri, vt nec statua, nec inscripto nōe sepulchra notentur. Si iumentū aut aliud aī al hōem interficiat, nisi publico in certamine id fecerit, interfecti hōis propinqui id iudicibus deserant. Et agrorū curatores illi quibus quotq; propinquus ipse mādanit, iudicent, & damnatum iumentum extra regionis fines interficiant. Quod siquid inanime prater fulmē aut aliud telū diuinitus missum, anima hominem cadētem ipsum,

Interfectores sui ipsorum.

aut ipsum cadens priuauerit, genere propinquus interficet. Et, proximum in vicinia ad hoc constituat iudicem atq; hac & cetera prout erga mortuum ipsum conuenit, profuissis & cognationis totius expiatione perficiat. Quod vero dānatum fuerit, vt de aī alibus dictum est, exterminetur. Si quissiam vita priuatus reperiat, & ignotus homicida sit, nec diligenter quēntibus inueniatur, p̄ditiones vt in alijs fiant, & in foro publicē p̄conio p̄dicetur, vt qui hunc vel hūc necauit, quia cadis reus sit, sacra loca non ingrediatur, & vniuersam deserat regionem, nā si dephensus fuerit, occidetur, atq; extra regionis fines insepultus eicietur. Vna ergo lex ista nobis p̄cipua de cade, sancita sit. Ac de his satis. Nunc dicamus, in quibus rectē mundus est, qui occidit. Qui noctu furē domū suam ingressum interemit, mundus sit. Et qui spoliatorē in defensionem suā, similiter. Et qui mulierē liberam aut puerū ad rem venereā vi subegit, impune nō ab eo solū, cui vis est illata, verumetiā à patre, fratribus, filijsq; vita priuetur. Maritusq; si vim vxori inferentem perimat, lege mundus sit. Ac si quis et patri haudquaquā per scelus cade patrans, aut matri, aut filijs, fratribusue, aut cōiugi opē ferens quēpiam interfecerit, mūdus sit. Hactenus de viuētis aī educatione & disciplina, qua si p̄dita est, viuendū illi sit, sin cōtra, nō sit viuendū, leges cōscripsimus. Præterea de cadibus violentis, quō p̄ueniēda sint, ac et de nutritione disciplinaq; corporū satis in superioribus dictū fuit. Deinceps q̄ violenta sunt actiones & voluntaria, & inuoluntaria, q̄ & quot sint, & quibus supplicis cōmodē reprimēda, pro viribus determinetur. Rectē. n. hac post illa tractatur. Vulnera nāq; mēbrorumq; per vulnera trūcationes vilis et legumlator post cadē locabit. Hac sicut cades distinguuntur. Nā alia nō sponte, alia ira, quādā timore, quādā sponte cōsultoq; fiunt. Quorum oīum hmōi exordiu sit. Necessē est leges hōibus ponere, vt secundum leges viuant. Nā si absq; his viuerent, nihilō a feris atrocissimis discreparent. cuius rei causa est, quia nullius hōis ingenium ita natura institutū est, vt q̄ ad publicū humanā vitā bonū conferunt, sufficienter cognoscat: & si cognouit, vt optimū id quod nouit, semper agere possit ac velit. Nā primū difficile est nosse quod ciuili veraq; arti non propriū, sed publicū necessario est curandū: Publicū quippe ciuitates cōnectit atq; coniungit, propriū dissipat, quōdūe tam publicē quā priuatim præstat cōe quā propriū bene disponere. Deinde, licet aliquis forsā hac ita se habere sufficēter arte cognoscat, tamen si tanta cū licentia ciuitatis imperiū te neat, vt nulli rōnum relationi subiectus sit, nunquā in ea sūta per totā vitam permanere poterit, vt publicū in ciuitate tanquā p̄cipuū bonū augeat, priuatū vero post publicum ponat. Sed ad vtilitatem propriam, priuatamq; cōmoditatem natura ipsum semper mortalis impellet, q̄ absq; rōne tam dolore fugit quā voluptatem prosequitur, atq; hac vtrāq; inferiori meliori q̄ præponet, & tenebris obruta, malis oībus tandem seipsam omnino ciuitatemq; replebit. Profecto siquis hominum diuina sortis fauore ea natura præditus esset, vt cognosceret publicū bonū, ad idq; generosē ac semper intederet, nullis legibus sibi dominaturis egeret. Quoniam nulla lex, nullus ordo scientia melior præstantiorq; habetur, nec fas est mentem alicui subijci atque seruire, sed potius si ita vera liberā

Quos impune est occidisse.

De violentis.

Publici ciuitates conuenit. Et, priuatam dissipat.

ra q̄

raque sit, omnibus dominari. Nunc vero nusquam haec reperitur: sed minimum quid ipsius apparet. Quare quod secundo loco est, eligere decet: ordinem atque legem, a quibus plurima quidem perspicuntur, omnia vero videri nequeunt. Sed his horum gratia propositis, statuamus iam quid pati vel solvere debeat qui alium vulneravit, vel aliter obfuit. Cuius .n. facile est singula homini recte comprehendere: Vtrum videlicet quis vulneraverit, an non: quem, qua in parte, quo pacto. Haec .n. singula in numerabilia penes sunt, & inter se maxime differunt. Haec autem iudicio cuncta, vel nihil horum committere, impossibile est. Quippe illud unum in omnibus committere necesse est: Vtrum factum unumquodque horum sit, an non. Nihil est de multa iniuriarum committere, sed magna parvaque omnia lege determinare, impossibile est. c. l. Quo igitur post haec dicendum est? A T H. Sic utique, quod quaedam iudicio concedere legislator debet, quaedam non debet: sed ipse determinare. Ceterum ut intelligatur, quae arbitrio & prudentiae iudicum relinquenda sunt, quae ab ipso legum conditore determinanda, sic exponemus. Grauius profecto & toti civitati communis ibi pestis innaescitur, ubi iudicia ignavia mutaque sunt: opinioniones iudicum iniucem occultae manent, & clam sententiam ferunt. Ad id praeterea durius, quando non silentio agitur: sed ceu theatra clamore omnia personant: & rhetores quidem tum laudant, tum vituperant: atque ita vicissim diiudicant. Talibus quidem iudicij, si quis necessitate quadam urgeatur, dare leges, infortunatum esse ducimus. Sed qui dare cogetur, minimas duntaxat multas iudicibus ijs committat: plurima vero & maxima quae, in ferendis legibus ipse declaret. Vbi vero iudicia recte pro viribus constituta sunt, iudicesque bene educati, & omni diligentia approbati, rectissime multa iudicibus de punitione conditioneque condemnatorum committi possunt. Nemo igitur nos incuset, si ipsis nunc maxima multaque praeterea legibus non ordinamus: quae vel minus eruditi iudices possent conspiciere: dignamque singulis delictis multa poenamque accommodare. Quotiam vero eos quibus nos leges describimus, non ineptos harum rerum iudices futuros speramus, multa eis committenda censemus. Verum quod saepe in superioribus diximus fecimusque, putantes descriptione formaque punitionum dicta, exempla iudicibus, quae nunquam transgrediantur, dari oportere, id & tunc recte factum est, & nunc quoque observare volumus, ad leges ferendas iterum redeuntes. De vulneribus igitur ita sanciamus. Siquis voluerit cogitaveritque, amicum hominem ex ijs quos prohibet lex, interficere: vulneraverit autem, nec interficere potuerit, hunc omni remota misericordia, non aliter quam si vita privasset, dare caedis supplicium cogere, nisi fortunam eius non omnino protereamus & coleremus, qui tam vulnere ratum quam vulnerantem misericordia prosecutus, infelicitati utriusque obstitit, fecitque ne vulnus huic latiferum, illi fortuna calamitasque execranda infligeretur. Huic ergo demoni habebimus gratiam, utque eius beneficio minime adversari, ab eo qui vulneravit, supplicium mortis auferemus, & in vicina civitate per totam vitam exulare statuemus, nullo rerum suarum omnium fructu carentem, damno tamen prius restituto, siquid obfuit vulnerato, quod a iudicio rei huius fuerit constitutum. Iudices autem sint,

qui caedis essent, si vulneratus obisset. Si patres filius, aut servus dominum consulto similiter vulneraverit, atque ita fecisse condemnatus fuerit, scelus morte luat. Quin etiam si frater fratrem aut sororem similiter, vel soror sororem, aut fratrem, & virum si virum interficiendi consilio vulneret, aut vir uxorem similiter, perpetuo exulet. His si filij filiaeve pueri adhuc sunt, rem familiarē exulantibus tutores administrēt, qui eos orbos tuteant. Sin adulti sunt, res quidem ipsas permittantur habere, alere tamen exulem non cogantur. Siquis vero liberis carens in homini calamitates inciderit, cognati eius usque in sobrinos consobrinosque tam ex virorum, quam ex mulierum parte conveniant, & una cum legum custodibus sacerdotibusque consilio habito in hanc exulantis domum unam de quadraginta & quingentis milibus domibus civitatis heredem constituant. In quo sane id cogitare debet, nullam domum de quingentis milibus & quadraginta, habitantis ipsius sui generis magis esse, quam civitatis & privatim & publice. Oportet utque ut civitas quam sanctissimas & felicissimas pro viribus domos suas possideat. Quando igitur aliqua domus infortunio & impietate aliqua inquinatur, quia qui possedit, sine liberis obijt, voluntaria caedis aut cuiusvis in deos vel ciues facinorosis condemnatus, cuius mors vel sempiternum exilium poena est: primo domus ipsa secundum legem expietur: deinde cognati, ut diximus, cum legum custodibus convenientes, genus in civitate aliquod virtute praestantissimum fortunatumque perquirant, in quo plures adolecentes sint. quorum unum patri deficientis illius suisque superioribus quasi filium adoptent, deum precati hunc felicioribus patris familiaris auspiciis proles propagatorē, successorem domus sacrorumque & reliquorum omnium cultorem fore, tandem heredem ipsum secundum legem constituant. Eum vero qui peccavit, sine noie, sine liberis, sine sorte vlla iacere, quandoquidem homini calamitatibus premitur, patientur. Non est autem in omnibus rebus, terminus termino coniunctus. Nam ubi confinium aliquod communitum est, ibi hoc inter rerum terminos utriusque convenit, medium fit. Atqui inter ea peccata quae sponte, & ea quae non sponte committuntur, quod per iram fit, tale quiddam esse diximus. Vulneris igitur irae facti qui condemnabitur, si sanabile fuisse vulnus evenit ipse monstrabit, duplum damni restituet, sin vero insanabile, quadruplum. Quod si sanabile quidem sit, turpitudine aut vulnerato ingentem afferat, quadruplum solvet. At vero si quis non solum obfuit vulnerato, verum etiam patria nocuit, quod milite ipsam adversus hostes privaverit, similiter puniatur: ac praeterea damnum civitati restituat, & ultra eam quam ipse debet militiam, pro vulnerato et militem, & quicquid illi gerendum erat in bello, ipse agat. Quod si non fecerit, reus sit secundum legem volenti cuius ipsum tanquam neglectorem militia accusare, & damnum duplum triplumve aut quadruplum prout iudicibus visum fuerit, restituat. Si germanus germanum similiter vulneraverit, contribulet & cognati usque ad sobrinos consobrinosque ex viris simul & mulieribus convenientes tam mares quam femina iudicent, genitoribusque ipsum tradant, ut ipsi secundum naturam puniant. Quod si punitio ambigua fuerit, propinqui ex parte viri determinent. Qui si ipsi non possint, tandem ad custodes legum causam deferat. Si nati nepotesve tale quid genitoribus intulerint, solum hi iudicent qui annu sexagesimum transfugerint: quibus veri non adoptivi

Quae ex legibus, quae ex aquo & bono.

Vulnerum leges.

adoptiui liberi sint. Et condēnatus, aut morte, aut maiore aliquo, vel non multo minore supplicio puniatur: nec de genere suo quisquam etiam si aetate a lege praescripta impleuerit, indicet. Sin vero seruus liberum, ita concitus vulnerauit, a domino tradatur vulnerato, ut arbitratus suo iniuriam vliscatur, nisi velit damnum ipse recuperare. Quod si serui vulneratiq; malitia per compositione factum fuisse quis ambigat, ad iudices deferat: quod si non conuicerit ita esse, triplum damni restituat: sin vero conuicerit, seruitutis reum habeat eum qui dolose cum seruo egit. Qui vero non sponte aliquem vulnerauit, simpliciter damnum persoluat. Nullus quippe legumlator imperare fortuna potest. Iudices autem sint, qui & natis nepotibusq; ad parentes, a quibus quantum damnum fuerit, declaretur. Violenta quidem passiones sunt omnes quas diximus. Violentum quoq; omne verberandi genus. Oportet igitur omnes homines, mulieres simul ac viros, adolescentes ac senes, ita de his semper existimare. Seniore non paruo intervallo iunioribus praeposendum esse, & apud deos, & apud homines, qui feliciter victuri sint. Cadi ergo senem a iunioribus, & turpe est, & odio a dijs habetur. Decet aut iuuenem verberatum a seniore id ob senectutis reuerentiam patienter ferre. Sic itaq; sanciamus. Quilibet seniore & re, & verbo colat. Ac si viginti annis maior est, quasi patrem si vir fuerit, aut matrem si mulier, reueretur. Atq; adeo oibus semper abstineat, qui in ea aetate sint qua procreare parereq; ipm potuerint, natales deos veritus. Abstineat inquam non solum ciuem, sed seniore etiam. Peregrinum vero audente ciuem cadere, si qui caditur, puniendū censet, ad tribunos plebis perducatur, nec ipse verberet, ut eo magis a cadēdis ciuibus suis abstineat, quando etiam a peregrinis se cōtinet. Peregrino similiter aduenatq; sic ut neq; inuadendo, neq; se defendendo verberibus cadere ipsum audeat. Hic vero magistratus hospitalem deū veritus rem diligēter inquirat, & si peregrinus iniuria ciuem percusserit, verbera totidem ei publico flagello reddantur: nequid tale amplius impudenter audeat. Sin vero innocens peregrinus videbitur, minis eo castigato qui perduxit, ambos dimittant. Aequalis autem si aequale vel paulo maiorem, nondum tamen patrem, aut senex senem, siue iuuenis iuuenem verberibus cadant, secundum naturam nudis manibus se defendant. Siquis vltra quadraginta natus annos, siue dum alium inuadit, siue dum se defendit, cadere quēquam audeat, seruilis rusticusq; habitus, hoc opprobrio satis punitus videbitur. Quicunq; his monitis obtemperabit, modestus & mansuetus habebitur. Qui vero proemia haec spernet, hac lege coerceatur. Qui aliquem viginti annis vel pluribus natu maiorem pulsauit: primum quidem qui forte interfuerit, si nec iunior nec aequalis sit, prohibeat, & si non prohibuerit, secundum leges improbus habeatur. Sin autem verberato aequalis aut iunior sit, quasi fratrem aut patrem aut quasi superiore defendat. ac praeterea iudicio subiectus sit, qui seniore, ut diximus, verberauit, & si damnabitur, non minore quam annuo tempore vinciat. Imo etiam maiore, si modo iudicibus id videbitur. Si peregrinus uel incola viginti annis vel pluribus seniore pulset, praesentes ea lege qua diximus opulentur, & qui condēnatus fuerit, si peregrinus quidem est, sed non incola vrbis,

Senum reuerentia.

biennium vinciat: sin autem incola vrbisq; habitator legibus non obtemperat, triennium, nisi iudices decreuerint diutius detinendum. Qui vero praesens fuerit, nec opulatus secundum legem sit, si de primo maximoq; sit censu, mina damnetur. Secundi vero census si fuerit, drachmis quinquaginta. Tertij, triginta. Quarti, viginti. Horū iudices sint ductores exercitus: praefecti ordinū, tribuni, equitumq; magistri. Legū vero, ut videtur, alia ad bonorum horum doctrinam ponuntur: ut per eas intelligant, quo pacto inter se amice versentur. Alia ad compescendam illorum pertinaciam, qui indomiti natura sunt, spretaq; omni disciplina, nulla rōne mouentur, quin ad omnem ruant improbitatem. Hi sequentiū verborum causa sunt: his legumlator necessitate coactus leges imponit. Ipse namq; nullum vellet usum necessitatemq; legum vna fore. Quicunq; igitur parentibus aut auis inferre manus ausus fuerit, nec superiorum indignationem deorum, nec inferiorum supplicia veritus: sed quasi sciat qua nescit, dicta a praesentibus despicens, praenariatur: is vltimo ut auertatur expieturq; remedio indiget. Mors aut vltimū non est: sed extrema magis sunt inferiorum supplicia: qua licet verissime narrentur, auertere tamen hmoi animos nequeunt. Quoniam si auerterent, nulli qui parentes scelerate pulsarent, vnaq; reuerentur. Quare oportet horum flagitiorum supplicia in hac vita non inferiora illis q; apud inferos sunt, sed aequalia pro viribus ponere. Ita igitur sanciamus. Siquis non furiosus patrem aut matrem, eorumue superiores pulsare audebit, primū ut in superioribus, opem praesentes ferat. Et incola quidem vel peregrinus, si opulabitur, in publicis certaminibus tanquam praesens alijs praeposatur: sin minus, a regione vniuersa perpetuo exterminetur. Sin autem incola non sit, auxiliatus quidem laudē, non auxiliatus, vituperium consequatur. Seruus opulatus liberetur: non opulatus, centies publico cadatur flagello. Et si in foro id contigerit: ibidē a venalium rerum curatoribus puniatur. In alijs partibus vrbis similiter ab aedilibus qui praesentes fuerint. Eodē modo extra vrbem in agro ab his qui curandis agris tunc praesident. Quod si ciuim aliquis parentibus a filio verberatis praesens fuerit, siue vir, siue mulier, siue adolescens, seu senior, defendat protinus, scelus conclamans. Qui auxiliari noluerit, Io nis patrij ac generis seruatoris imprecatione per legē prematur. Demū quicunq; pulsasse parentes condēnabitur, primum perpetuo exulet: deinde & a sacris omnibus arceatur, quibus si minus abstineat, a principibus agri verberibus & omnino vlcunq; voluerint plectatur. & si ab exilio reuertatur, morte peccat a luat. Quisquis vero liber, cum huiusmodi homine comedet aut bibit, vel aliquo pacto vna quicquam geret, aut tanget, aut sponte loquetur, is nec in templum ingrediatur, nec in forum, nec oīno in ciuitatem proficiscatur, antequam mundetur, putare namq; debet scelerato se commercio contaminatum. Quod si non obtemperauerit, sed ciuitate & templis iniquē coinquinet: quicunq; magistratus fieri hoc senserit, nisi cōfessum punierit, maximam iniuriarū reus est habitus. Si seruus liberū hōem, seu ciuem, siue peregrinū pulset, praesens quilibet auxiliū afferat. Sin minus, praesentia secundu censum multa puniatur. Qui ergo praesentes erūt, pulsato succurrat: vinciatq; pulsante, & ei vincitū tradant

tradant, cui fecit iniuriam. Qui in compendibus teneat, Verberibusq; ut velit, ita pulset, ut nullum domino inferat damnum, deinde ipsum domino habendum reddat secundum legem, quae ista sit. Si seruus liberum hominem non imperantibus magistratibus verberauerit, dominus a pulsato vinculum ea conditione accipiat, ut non antea soluat, quam pulsato seruus ipse solutione se dignum esse iam persuasit. Haec vero eadem leges ad haec omnia mulieribus inuicem ad viros, virisq; ad mulieres communes esse debent.

DIALOGVS DECI- MVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVM- LATIONE.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



XORDIVM decimi epilogum supplet nomi, admonens tractanda esse iudicia de vi in rem ipsam illata, post iudicia de vi in personam in nono disposita. Quoniam vero nulla vis durior & intolerabilior est, quam quae contemptu quodam infertur: nimirum contumelias & iniurias vel in personam, vel in rem ex contemptu proprie natas in propria capita feligendas esse decoruit: & has quidem sub quinque capitulis. Aut enim in sacra publica, aut priuata sacra, aut contra parentum reuerentiam: vel contra praesentiam magistratus, vel contra civilem gentilemque; alicuius cuius dignitatem comittuntur. Haec ergo exactissime iudicanda ceteris tam auctoribus legum quam magistratibus iudicibusq; committit. Distinguit post haec a ceteris ea quae in deorum contemptum sunt, quasi omnium vltra quam dici possit grauissima: in quibus decimi huius omnis versatur intentio. Sed primo quidem quid intersit sacri legum inter atque impietatem, inuit. Sacrilegium sane rapinam nominat, siue res, siue persona consecrata superis rapiatur. Atque id quidem velut species quaedam sub ipso impietatis genere continetur. Nam vltra sacrilegium sub impietate comprehenduntur, & cetera multa in deorum contemptum siue cogitata siue dicta seu facta, & commissa pariter & permissa atque etiam praetermissa. Ac ne quid nos lateat, ad impietatem etiam pertinet familiaritas & conuicio omnis seu in cibis seu verbis cum ijs inita, qui ob nefaria scelera arcentur a sacris, qui & contaminati ceteros quoque vel ipsa propinquitate contaminant. Quae quidem de re in calce non ita pertractat, ut vaticinari visus sit execrationes quotidie factas a nostris prophanos a cōione ecclesiae propellentibus. Proinde medicus noster animos impietatis morbo languentes diligentissime purgaturus, in primis causas huius morbi perquirat. Ac dum inquirat, Evangelicam tradit sententiam. Quicumque enim, inquit, de deo crediderit secundum leges, religiosus erit, neque prophanum quicquam vel agat aliquando, vel loquetur. Quam recte a fide hic dedit exordium? & a fide legibus adhibenda? Sed ne turbet quae de deorum numerus, quem non turbat numerus angelorum. Nihil enim plus apud Platonem tot possunt dii, quam apud nos tot angeli, totq; beati. Ceterum quidnam leges scilicet sacrae, & omnium antiquissimae de dijs. i. de deo angelisq; deo seruientibus aiunt? Profecto tria. Primum quidem, hos deos esse. Secundum, omnibus prouidere. Tertium, iuste pro meritis merita suppliciaq; rependere. In ipsa huius sententiae fide obseruantiaq; pietas tota consistit. Quis igitur impius? Qui videlicet vel negabit eiusmodi deos esse, vel & si sunt, prouidere: vel & si prouident, iuste rependere: id autem est putare superos iudicium humanorum more solis muneribus vel ab iniusto collatis facile posse placari. Plato igitur tres impij morbi causas expulsurus probabit esse deos, & qui in mundo sint sphaerarum mundi rectores, & qui super mundum dei summi contemplatores. Probabit deos omnibus vel minimis prouidere. Probabit constanti insititae recte bilance librae; non extrinseca munera manuum, sed intima animorum merita pensitare. Denique hac doctrina veluti quodam legis exordio ab omni diuinorum contemptu dehortabitur oēs, & cohortabitur ad pietatem. Praeterea legum minus stelligisq; perterrebit impios, atque torquetur. Primum deos esse quibus cōibus indicat argumentis. Primum quidem ab vniuerso

so rerum genere, secundum vero à specie humana deducitur. Primum igitur est eiusmodi. Comperit habemus ordinem ubique à ratione procedere, & ordinem quidem nusquam & nunquam interruptum à ratione potentis: ordinem quoque commodissimum ab optima ratione. Cuius igitur vniuersi tum dispositio, tum progressio ordinatissima sit, ac semper & ubiq; talis, neque id quidem absque mirifica quadam comodate, necesse est mundum ab optima potentissimaq; ratione disponi, atque moueri. Et cum vnum sit vniuersum, vnum vero ex diuersis non fiat nisi ab vno, consequens est vnam esse summam eiusmodi rationem. Et se praeterea ratione plures diuinas sub summa ratione diuina, quemadmodum in vno mundano opere rationabiliter ordinato, multi sunt globi inter se specie & virtute distincti: atque oēs rationabiliter ordinati: adeo ut mundi quodammodo multi, in amplissima videantur mundi vniuersi circūferentia contineri. Itaque similiter multi mundo rum quasi angustiorum rectores deinceps dispositi, sub vno amplissimum mundi rectore comprehenduntur. Qui sane cum non solum ordinatorem sit: sed ipse, ut ita dixerim, immensus ordo: multo magis ordinatore gaudet quam ordinato. Quocirca si multis in vniuerso ordinatis proculdubio delectatur, multis quoque oblectatur ordinatoribus. Quippe cum amplissimi regis excellentissima in hac amplitudine consistat, ut non angustos tantum seruos, sed amplios quoque & multos habeat infra se reges. Secundum vero ad idem argumentum à specie humana deductum, est eiusmodi. Naturalis speciei cuiusque institutus inanis esse non potest. Naturale quoque speciei animalium perfectissime iudicium oino falsum esse non debet. Cui vero humana species animalium perfectissima in oibus ubique semper naturali institutus immutabilisq; iudicio ad religionem feratur, necesse est esse superos qui religione colantur, superesse quoque corporibus animas. quod quidem religionis est potissimum fundamentum. Attende Platonis dictum, domes de diuinis, etsi interdum non nimis argutas, esse tamen veras. Haec occasiones duas ad impietatem. Intemperantiam scilicet corporea voluptatem concupiscentiam: rursumque ignorantiam ex absurdis poetarum physico-rumque quorundam opinionibus orta. Poetas in tribus circa deos errasse. Primo quod ex confusione, quae chaos nominant, erupisse deos cecinerint. Secundo quod alios ex alijs absque recta ratione, et quasi per humanum concubitu progenitos asseruerint. Tertio quod oēs hominum perturbationes, errata, flagitia in deos nefaria impietate traxerint. Physicos quoque illos in religione peccasse, qui vel cum Deo macrobio casu quodam temerario potius quam ratione diuina componi somniat vniuersum, mirabili ratione digestum: vel cum Anaxagora & Archelao caelestia nihil habere in se diuinis opinantur quam elementa. Praeterea formas eorum quae gignuntur, manifeste ad finem vbiq; directas, aut ex elementali potius impetu puenire, quam ab arte motu ad certum finem singula dirigentis. Quomodo vero in his confutandis, atque insuper in confirmandis quae & modo probauimus, & deinceps ex mente Platonis in hoc compendio asseremus: in theologiae nostrae libris suimus longiores, idcirco in praesentia breuiter percurreremus. Considera quanta sit Platonis nostri religio, et quam exploratum habeat deum esse, qui contra negantes deum disputans, vix ab ira continere se potest, vix alioquin supra modum otium et in vita & disputatione mitissimus. In his certe admonet, non esse eos qui deum negauerint, tolerandos. Nota Platonem probare illos, qui in ortu et occasu solis ac lunae adorant non solum proprie atque lunam, sed diuinam potius beneficentiam: cui quotidie gratias pro tanto luminis dono iubet agi. Iudicat illi inter hoies esse quasi monstrum, qui contra tum naturalem institutum, tum educationem, tum eorum consuetudinem superos esse negat. Mox vero admonet iuuenes, quos forte absurde quaedam ex auditu contra deum opinionem inuasent, ut quaedam iuuenes sunt, iudicio de rebus diuinis abstineant, senioribus credant & legibus, donec aetas, experientia, ratio doceat. Afferit praeterea in medium opiniones quorundam qui sapientes habitus sunt: per quas hoies facile ad impietatem iniustitiamque declinant. Opiniones inquam asserentes quattuor elementorum naturas fortuito quodam motu inuicem confluentes cuncta coacervasse. Praeterea religionem iustitiamque, nulla veritate, sed hominum opinione distare. Quae obrem conclusit, haec tanquam & priuatum et publicum omnium perniciosissima esse rationibus confutanda: neque cogendos hoies ad legum obedientiam & obseruationem minus duntaxat atque tormētis: sed persuasionibus insuper atque rationibus. Alioqui hominem rationale animal, ideoque liberum, nisi rationis vinculo comprehederis, neque debere aliter, nec posse ligari. Excitantur igitur legibus rationem: cuius tanta vis est ad inueniendum deum: ut post rationalem inuestigationem certior sit ratio in natura esse quam in seipsa, et tanto certior, quanto naturales effectus ordinatores conspiciat quam humanos. Vnde etiam tanto perfectior esse in natura arte quam in hoie animaduertit. Hinc rursum animaduertit arte operibus naturae alibus praesidentem, cum perfectior sit humana, et humana non solum sit, sed etiam vitae sit atque intelligentiae particeps: nimirum vnam & intelligentem esse: imò vero vitam & intellectum ad-

Oraciones ad

Poetas. errores.

Physicos